

Responsio Fratrum Prædicatorum
ad propositas quæstiones.

1^a Quæstio.

Utrum ante bonum usum liberi arbitrii quem ex innata libertate homo habebiturus est, ut disponatur ad iustificationem, aut ad uitam æternam perueniat, ponenda sit in Deo prædestinatio, et præscientia.

Resp. Ante bonum usum liberi arbitrii, quem ex innata libertate, efficaciter et a Dei gratuito auxilio ad hoc excitata, et mota, homo liberè habebiturus est, ut disponatur ad iustificationem, et ad uitam æternam perueniat, omnino ponenda est in Deo prædestinatio, et præscientia.

2^a Quæstio.

Utrum si ponatur talis prædestinatio, et præscientia, nulla homini libertas arbitrii relinquatur in actionibus, quibus ad iustificationem disponitur, aut ad uitam æternam peruenit.

Resp. Eis in Deo positæ, perfectissime in homine relinquatur libertas arbitrii in actionibus, quibus ad iustificationem disponitur, aut ad uitam æternam peruenit, cum, etiam ex diuina prædestinatione, libertas arbitrii maxime perficiatur.

3^a Quæstio.

Utrum diuina prædeterminatio, et prædestinatio sit causa efficiens mediantibus efficacibus diuini gratiæ auxilijs de se, et ut sunt à Deo, actuum humanorum, qui ad iustificationem sunt necessarij.

Resp. Diuina prædeterminatio, et prædestinatio est efficiens causa humanorum actuum, qui sunt ad iustificationem necessarij, mediantibus efficacibus diuini gratiæ auxilijs, quæ de se, et ut sunt à Deo, salua præsentibus dictorum humanorum actuum libertate, efficacia sunt.

4^a Quæstio.

Utrum aliqua auxilia gratia sint de se efficacia ad efficiendum quod liberum arb^m consentiat, an uero ab ipso libero arb^o pro sua sola, et innata libertate. Imo auxilia gratiæ efficacia, uel non efficacia reddantur.

Resp^r. Diuina hæc auxilia ita de se, et ut sunt à Deo efficaciam habent ad efficiendum, quod liberum arb^m integra ipsius manente libertate, consentiat, ut nulla ratione ab ipso libero arb^o pro sua innata libertate illam trahant, ex libertate tamen arbitrij est, quod aliqua diuina gratia auxilia, effectum non resistantur.

5^a Quæstio.

Utrum diuina prædeterminatio sit diminuta in effectibus, seu medijs necessarijs ad iustificacionem, et salutem.

Resp^r. Diuina prædeterminatio causa perfectiss^a est effectuum, siue mediorum, quæ necessaria sunt ad iustificacionem, et salutem.

6^a Quæstio.

Utrum prædeterminatio se efficaciter extendat tanq³ ad effectum ad bonum illud utum liberi arbitrij, quem homo prædeterminatus habet dum auxilijs præuenientijs græ se applicat, liberè illis bene utendo.

Resp^r. Diuina prædeterminatio ad illum bonum usum, tanq³ ad proprium suum effectum se extendit.

7^a Quæstio.

An potius talis usus sit dumtaxat præstitus à Deo, non autem prædeterminatus, aut prædeterminatus.

Resp^r. Nèdum talis bonus usus est à Deo præstitus, sed etiam prædeterminatus, atq³ prædeterminatus.

8^a Quæstio.

Utrum talis bonus usus præstitus sit ratio prædeterminationis.

S. cum talis bonus usus sit duntaxat præstitus effectus ipsius ratio se n^o pot^{est}. Resp^r.